

Chapter 1[Page 1](#)[Page 2](#)[Page 3](#)**Chapter 2**[Page 1](#)[Page 2](#)**Chapter 3**[Page 1](#)[Page 2](#)[Page 3](#)[Page 4](#)

Page title

- Write your text here. Quaeramus aliquod non in speciem bonum, sed solidum et aequale et a secretiore parte formosius; hoc eruamus. Nec longe positum est: inveniatur, scire tantum opus est, quo manum porrigas; nunc velut in tenebris vicina transimus, offensantes ea ipsa quae desideramus. Sed ne te per circumitus traham, aliorum quidem opiniones praeteribo (nam enumerare illas longum est coarguere): nostram accipe.
- Nostram autem cum dico, non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus: est et mihi censendi ius. Itaque aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam dividere, fortasse et post omnes citatus nihil improbabo ex iis, quae priores decreverint, et dicam: "Hoc amplius censeo." Interim, quod inter omnes Stoicos convenit, rerum naturae assentior; ab illa non deerrare et ad illius legem exemplumque formari sapientia est.
- Beata est ergo vita conveniens naturae suae, quae non aliter contingere potest, quam si primum sana mens est et in perpetua possessione sanitatis suae, deinde fortis ac vehemens, tunc pulcherrime patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiumque ad id curiosa non anxie, tum aliarum rerum, quae vitam instruunt, diligens sine admiratione cuiusquam, usura fortunae muneribus, non servitura.